

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 4. Philonis, & S. Gregorij Nysseni de hominis in bestia[m] metamorphosi
sententia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

Quamobrem ut homo dicatur quispiam, satis non est, nam non habere oculos : sed tum hominem esse censeo, si ita ut hominem decet, senserit. Aliquis est, qui ratione non percipiat, nec castigatus obtemperat : Talis nimirum praeferino est habendus, pudorisq[ue] sensum depositum omnem, inutilis est, & quidvis potius quam homo. Is nimirum querit aliquem, quem calibus, aut dentibus impetat. Quocirca nec assinus est, nec onus, sed fera quedam, & immensis bestia.

§. IV.

Philonis & S. Gregorij Nysseni de hominis in bestiam metamorphosi sententia.

Ne autem Epictetus hæc ex schola Stoicorum, censurâ quadam Stoicâ, huius videatur, etiam alios in hanc sententiam iuisse monstrabimus. Philo doctissi-

mus Iudæus, Chaldaeus, inquit hominem Enos vocant, ac si solus verè homo sit, qui res bonas expectat, & bona spe se sustinet. Unde manifestum est, quod spe carentem non hominem existimant, sed bestiam humana forma prædictam, cui desit spes proprium ornamentum humanae animæ. Immò usque adeò talis est bestia humana forma prædicta, ut D. Gregorius Nyssenus in illud: *Et præsit bestijs ita scribat: Im-*

S. Greg. Nyssen. *pera*

Philo in
lib. de
Abrahā.
circa ini-
tium.

pera bestijs omnibus, quæ sunt in te. Quid? in- orat. i. de
quies, ego ne in me ipso bestias habeo? Tu vero hom. pro
bestias habes, & eas quidem innumerabiles,
plurima in te est bestiarum multitudo. Ac ne
me contumeliosum existimes, dic, amabo, par-
nane' est bestia iracundia, quando latrat in
corde tuo? nonne ea est quouis cane crudelior?
Quid? in callido animo tuo dolus latitans,
nonne quouis ursi fraudulento senior est?
Quid? nonne fera est hypocrisia, vel immanissi-
ma? Qui autem impetu rapitur ad contume-
liam nonne scorpius est? Qui præceps ad vin-
dictam ultionemq; fertur, nonne est viperæ
grauißma? Quid auarus ipse? nonne lupus est
rapacissimus? Nulla in nobis fera non inue-
nitur. Qui faminarum amoribus insaniunt,
nonne furiosi sunt equi? Equi amatores, in-
quit, & emissarij facti sunt, unusquisq; ad
uxorem proximi sui hinniebat. Sic in alicuius
feræ naturam quisq; conuertitur, ut aliquo
animi vitio, perturbationeq; vincitur. Ex
quo fit, ut innumerabiles in nobis sint feræ.
Credis igitur te ferarum esse dominum, ac
principem, si illis, quæ foris sunt, imperes, eas
autem quæ intus versantur non domes, ac re-
gas? Quorsum tibi ratio, qua leones vincis,
corumq; fremitum non reformidas, cùm ipse
M m dentibus

dentibus frendas, ut Leo, & præ iracundiam
cem confusam, & perturbatum clamorem emitas? Quid enim grauius aut acerbius est, quam
cùm iracundia furor totus erumpere nititur,
nec intus ullo modo contineri potest? cùm ab
aliqua perturbatione victus est homo, non iam
ipse imperat, sed in eius animo perturbatio do-
minatur. Quamobrem cùm ita creatus sis, ut
bestijs imperes, & serpentibus, & volatilibus
perturbationibus impera. Ne permittas cogi-
tationem tuam sublimem vagari. Ne finas
animum tuum leuitate instabilem ferri. Datū
est tibi ut aubus prasis: absurdum erit si visca
volantes illas ita capias, ut ipse leuis sis, effe-
rarisq; superbia. Ne sublimes spiritus tollas,
ne intumescas, ne tibi nimium placeas, aut plus
de te sentias, quām patiatur humana conditio.
Ne laudibus inflatus extollaris, ne te ipse ia-
ctites, aut magnum aliquid esse putas. Alio-
quin eris volucrum similis, que natura leues
& instabiles hic illuc feruntur, & volitant.
Tuum igitur animum moderare, eiq; impera-
si vis rebus omnibus imperare. Hac ratione
nobis in animantia attributum imperium no-
monet ac disponit, ut ipsi nobis imperemus.

§. V.

D. Chrysostomi, & Isidori eius imitatoris
eadem re verba. Col.